Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift

247

et locauit eam colonis. et ipse peregre fuit multis temporibus. Audientes hoc pplm et euange
lizante. conuenerunt principes sacerdotum et scribe cum senioribus. et interrogauerunt eum
dicentes. in qua potestate signa faceres. quis tibi hanc dedit potestatem. Respondens ihs
dixit eis. Interrogabo et ego unum sermonem quem si dixeritis mihi. et ego dicam
uobis in qua potestate hec faciam. Baptisma iohannis unde erat. de celo an ex hominibus.
Cogitabant autem inter se dicentes. Si dixerimus de celo. dicet nobis. quare non credidistis
illi. Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam. omnes enim habebant iohannem
sicut prophetam. Et respondentes ihsui dixerunt. Nescimus. Et ihs respondens ait eis.
Neque ego dico uobis in qua potestate hec faciam. Quid autem uobis uidetur. Homo
habebat duos filios. Et accedens ad primum dixit. Fili uade hodie operare in uinea mea.
At ille respondens ait. Nolo. Postea autem penitentia motus abiit. Et accedens ad secundum
dixit similiter. Ille autem respondens ait. Ego domine. et non ire. Quid ergo ex
istis duobus fecit pater. Dicunt ei. Primus. Dicit eis ihs. Amen dico uobis. publicani
et meretrices precedent uos in regnum dei. Venit enim iohannes ad uos in uia iustitie.
et non credidistis ei. Publicani autem et meretrices credidistis ei. Et uos cum
hoc uidissetis non penitentiam habuistis postea ut credatis ei. Audite aliam
parabolam. Erat homo pater familias. qui plantauit uineam. et circumdedit
illam sepem. et fodit in ea torculum. et aedificauit turrem. et locauit eam
colonis. et profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset. misit
seruos suos ad colonos. ut perciperent fructus suos. Et colonis
uineam. Et uineam eius sodomae uitis eorum. et de propago eorum gomorra. uua eorum uua fellis. botrus amaritudinis ipsis. Furor draconum
uinum eorum. et furor aspidum insanabilis. Et tradidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc
quoque cedentes et afficientes contumelia dimiserunt inanem. Seruus alter. dauid, ppham
regemque significat. Qui post moysen missus. ut colonos uineae post edicta legalia. psal
modiis modulatione et dulcedine cytharae ad exercitium bonorum operum excitaret. Nam et
ipse dauid quod cor populi ad supna suspenderet. interpretatur carnalium uitiorum laudes dum
continuus suum melodia decantari efficit. Sed hunc affectum contumelia dimise
runt inanem. Inimicis enim. quae nobis pars in dauid. aut quae hereditas in filio ysai. reg
num simul dauid ignobili turpe. et religionem impietate mutarunt. At tamen illae probat
uinea quae de egypto transtulata palestinae montes sua umbra protexit. ne funditus ex
terminetur. exorat. Bone dominus iniquitatum conuertere nunc. respice de celo. et uide et uisi
ta uineam istam. et dirige eam quam plantauit dextera tua. Ubi parum exponit quis sit
homo ille qui hanc uineam plantauit. dominus scilicet dominus iniquitatum. Et tradidit eum
mittere. qui et illum uulnerantes eiecerunt. Tertium seruum, pphetarum chorum. mittit. et
continuis adiurationibus pplm conuenerunt quae et huic uineae uentura imminerent
mala pro dicerunt. Sed quem pphetarum non sum passi sunt. et occiderunt eos quos pnun
tiabant de aduentu iusti. Et hui autem multa de huius uineae sterilitate dixerunt.
Sunt hieremie planctum ponere sufficiat. Ego autem inquit plantauit uineam electam omne semen uerum. Quomodo conuersa est in amaritudinem uineae alienae. Peccat